



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Suumma [!] de laudibus christifere virginis Marie

Albertus <Magnus, Heiliger>

Colonie, 1502

VD16 A 1357

De b[e]n[e]dict[i]o[n]e Aser.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69610](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69610)

De bñdictione Aser Fo. cxi.

Sequitur. Aser quoque ait. Bñdixit in filiis aser. sit placens fratri-
bus suis. tingat in oleo pedem suum. ferrum et es calcamentum eius. si
cur dies iuuentutis tue. ita et senectus tua. ¶ Bñdixit aser sex prophetis. Bñdic. Aser
dit. Primum est filiorum multiplicatio. et hoc est bñdixit in filiis aser. sex prophetis
Secundum est fratrum dilectio. ibi. sit placens fratribus suis. Tercium est mise-
ricordie abundantia. et hoc est. tingat in oleo pedem suum. Quartum est in-
corruptibilis patientia. et hoc est. ferrum. Quintum est sonora doctrina.
et hoc est. et es calcamentum eius. Sextus est in bono permansio perseverantia. et hoc est. sicut dies iuuentutis tue ita et senectus tua. ¶ Suffi-
cientia horum hec est. Vel benedictio est respectu aliorum vel in se. Si re-
spectu aliorum vel respectu inferiorum. et sic est filiorum multiplicatio. vel ad
pares. et sic est fratrum dilectio vel ad superius scilicet deum. et sic est abundan-
tia misericordie per quam est imitatio dei. iuxta illud Lu. vi. Estote
misericordes sicut et pater vester qui in celis est. Si in se. vel est a ma-
lo. et sic est patientia. vel est ad bonum. et hoc vel est respectivum. et sic est
doctrina. vel est absolutum. et sic est perseverantia. ¶ Nec autem omnia ma-
nifestissime habuit beata virgo. quia omnium bonorum mater est. quia plena est
charitate ad deum et dilectione ad proximum. regina misericordie est. sum-
ma doctrina. patientia. et perseverantiam habuit. ut superius manife-
statum est in questione de virtutibus. ¶ De omnibus bñdictionibus simul.

Sufficiencia

Maria habu-
it hec.

¶ Post hoc queritur de omnibus bñdictionibus simul. Non est deus alius ut
deus rectissimus ascensor celi. auxiliator tuus. in magnificentia eius dis-
currunt nubes. habitaculum eius sursum et subter brachia tua sempiter-
na. eijcet a facie tua inimicum dicetque pererere. habitabit israel. Confiden-
ter et solus. oculus Jacob in terra frumenti et vini. celique caligabunt
rore. bñdixit es tu israel quia filius tui popule qui salvaris in domino.
scutum auxilii tui et gladius glorie tue deus tuus. negabunt te inimici
tui. et tu colla eorum calcabis. ¶ Ista bñdixit novem prophetis. Primum
est veri dei cognitio in via. et hoc ibi. non est alius deus ut deus rectissi-
mus. Secundum est auxiliatio in via. et hoc ibi. ascensor celi auxiliator
tuus. Et hec est quadruplex. Angelis spiritus sancti in terris mittendo. et hoc
est. in magnificentia eius discurrunt etc. Ipse ipse pro nobis in celis inter-
pellando patrem. et hoc est. habitaculum eius sursum. vñ Glo. Corpore a
mortuis suscitavit et in dextera patris collocavit. Ipse perveniens et co-
operans corrigendo. et hoc est. subter brachia tua sempiterna. Ipse ho-
stis impediens repellendo. et hoc est. eijcet a facie tua inimicum dicetque
pererere. Hoc est quadruplex auxiliium. Tercium est timoris ablatio. et hoc est
habitabit israel. Confidetur. Quartum est. cum securitate boni possessio. et
hoc est oculus Jacob in terra frumenti et vini. Quintum est perfecta dei cog-
nitio per spiritum. et hoc est. celi caligabunt rore. vñ glo. subtili et leuissima die co-
gnitio. Sextum est summe beatitudinis prophetio. et hoc est. bñdixit tu es isra-

Ista bñdixit
novem